

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

C A P U T X X X V I I I .
D E S O L A N O .

Solani plures sunt species; inter has Halicacabum, vesicaria, somniferum, Majus & Tuberosum, a liquidini inhabere videntur. *Mathiol.* in lib. 4. cap. 69. *Halicacabum* adeo aspidibus inimicum, ut admota radice ejus propius, alto enecentur sopore. *Vesicatum* foliis constat oblongis, floribus candidis, è quibus *vesica* prodeunt vitides, subrotundæ, sentis secundum longitudinem divisijs, semine intus pullo, orobi magnitudine. In ejus latere humani veluti cordis effigies, albo obsignata colore. Sic formavit *Natura*, ut ejus affectibus salutare observaremus. *Somniferum* in soporem conjicit gustatum; *Testavere* id suo exemplo Dani. Cum enim Sueno Norvegotum Rex Duncanum Regem Scotiæ in oppido Bertha obsuderet, evocato hic Maccabæo consobrino clanculum de ditione agere capit, commeatu promissò; *Heitor Boët.* L. 12. *Scot. hist.* Recepérunt conditionem Dani, & una commeatum; quem cum degustassent, tam alto oppressi sunt sopore (*Solano* enim vinum & cerevisia infecta erant) ut à Maccabæo opprimerentur. Decem dona hostium suspecta habentes, sobrii fuere; qui etiam Regem Suenonem veluti exanimem piscaria scapha ad Thai detulere ostia; inde domum. *Solani* majoris radix sicca, si in vino semidrachmæ pondere septem maceretur diebus, ita illud inficit, ut, si quis percolatum biberit, nullo modo edere queat; Cessat affectus, acetum si propinaveris. Copiosius sumptum strangulat. Secretum primus *Franciscus Calceolarius Veronensis* & invenit, & propalavit. *Mathiol.* in lib. 4. cap. cit. Succus ex acinis hujus expressus, & ad syrapi consistentiam cum saccaro decoratus, ita efficax est, ut vel ligulae, vel cochlearis parvi mensura somnum inferat, fluxiones sistat, & dysenteriam curet. *Doring. de Opio.* Similis dementationis historiam vide apud *Scalig.* Exere. 154. *Tuberosi tuberosa*

P L A
radicula, pugni
alpendo longa. Ad
plac prodeunt,
no vere ali exsurgunt
inior radices. Tot
usas postam hyber
guitatea notatit g

C A P
DE SIN
& Sa

S inapi saccato c
tis appositum,
ingenit ab humiditate
tund. cap. 1. Hoc
contrahitur. Pythag
pater valentius co
statur, & in acca
ficiationem potueret
sullo confiditum,
4. 51. Cunctis li
commendo. Cum
Metatacias aperiat
pomoseat. Nichil ei
rem lauum fibique pr
ad rem venearem min
pragmo compellita de
huncerimo in alii. Ti
tectoribus, cuius radic
is. Venorem excitar
mox in monte Baldio
gadino lapide, & am
al. 4. cap. 15. Radix in
dix, ut non nisi multo
habeat expellendi calcul
ut uno tantum ejicit si

rosa est radix, pugni aliquando magnitudine, palmum aliquando longa. Ad caulis exortum, radices fibrose plures prodeunt, qua per terram sparguntur, his primo vere alii exurgunt caules, aliæque tuberosæ adnascuntur radices. Tot vero se tuberibus propagat, ut ad unam plantam hyberno tempore erutam ultra quadriginta tubera notatit *Baishinus* ad l.c. cit. *Dioscor.*

CAPUT XXXIX.

DE SINAPI, SATYRIO
& Saxifragia majore.

Sinapi Saccato obductum, vel cum melle pro bellatis appositum, experimentum tutum in defecu ingenii ab humiditate statuit ar. *Horf. l. 2. de sanit. tuend. cap. 1.* Hoc condimento laxatus gurgilio cito contrahitur. Pythagoras proin in honore habuit, quod præter valetudinis conservationem, in altum quoque feratur, & in arcum illam divinæ rationis ac mentis stationem potenter concendat. Hujus intinctum ex musto confectionum, inquit *Pansa theor. spon. de pror. vit. c. 51.* Cunctis literatis præsettim hyemis tempore commendato. Cum totum corpus calefaciat, venulas Mesataicas aperiat, & deductionem Chyli in epat promoveat. Nihil enim capitri salubrius, quam ventrem laxum sibiisque propitium habere. *Satyrion* herba ad rem venereum mitifice pollet, attacta tantum. Sepiuageno compressu definit in Indo, qui attulerat; duodecimo in aliis. *Theophrastus*. Hunc similis est *Cynosorchis*, cuius radix major flatuosa turgens materia, Venerem excitat; minor reprimit. *Saxifraga* major in monte Baldo nascitur, ex vivo & durissimo prodiens lapide, & antiquis urbium mœnijs. *Mathiol. ad l. 4. cap. 15.* Radix in petris adeo pertinaciter concluditur, ut non nisi mucronatis ferramentis evellectur. Vim habet expellendi calculos. Certe illius potu in numeris ex uno tantum ejecti sunt, fabæ quidam magnitudine.